

Berta etas mundi

Anno mundi. 6295.

Anno xpi. 1094.

Pascalus eius nominis secundus papa natione ytalus e flaminea provincia. patre crescentio. matre alfacia. Raynerius autem pontificatus vocatus urbano pontifici substituitur. quem gregorius septimus ob virtutem et doctrinam sancti clemetis presbyteri creavit. In quo quodam loco clerus ipse post urbani mortem. eundem pascalem vitam privatum contentum quippe qui antea monachus fuerat etiam nolentem et latitantem pontificem creat. quod dicerat humeros suos nequaquam tanto oneri suffecturos. sed expetente populo. eligente clero collaudante cardinalium servatu pontificum munus suscepit. maxime vero cum ter acclamatum esset sanctus petrus raynerium virum optimum pontificem elegit. Cui postea pascalis nomen indidit. tiara capiti eius imposita comitante populo et clero equo albo ad lateranum producit. Unde post unctionem coronam de more accepit. ecclesie postea labenti quendam seditionibus consulurus. copias suas in gibertum antipapam mittit qui non multo post subita morte correptus. a malis tamen ecclesia dei non statim quietuit. Richardus campanus comes albertum quendam sufficit attellanum civem qui statim a bene sentientibus abdicare se magistratu coactus relegat. Cauerses autem agri presensitini incole theodoricum quendam pontificem creaverunt. Quisquam quodam die centesimo die e pontificatu deiectum anachorite habitum induere cogit. Pacata tandem ecclesia romana pascalis vir magni ingenii animi urbem castellanam et beneventum ab hostibus occupatam recepit. Hijs et alijs plurimis facinoribus strenue gestis in cisalpinam proficiscitur ubi guardastallum agri cremonensis oppidum conventu multorum principum et episcoporum habito de homagijs de feudo magna habita est Roma. Rome preterea ecclesias xv. consecravit. Dedicataque presens agapiti basilica romana effusa obvia urbana multitudo honoris causa tandem rediit. quod quidem ex frequentia inualitudinem incidens se paulo post moriturum cognovit. Quare acceptis ecclesie sacris cohortatusque clero ad pacem et concordiam. pontificatus sui anno. xvij. mense. vj. die. vij. moritur quododecimo kalendas februarii sepeliturque in basilica constantiniana.

Gelasius secundus iohannes antea vocatus patria caietanus presens crescentio nobili genere natus ingenueque a teneris annis educatus et doctus in monte cassino religionis fundamenta perdidit sub odrisio abbate viro sanctissimo hanc ob rem ab urbano secundo romam accitus. Vir et ipse sanctissimus et omni laude dignus. si vitam continentissimam. si mores. si doctrinam inspicias. Nam et constantem et sancte in tantis percellis humanarum perturbationum vixerat. ideo vno omnium sensu pontifex creatur. verum cinctus fregepanis ira ob hanc electionem percutus quod unum ex suis cardinalibus collegio proposuerat quem pontificem eligeret. in monasterium palladium cum armatis satellitibus irrupens refractis foribus obuium quemquam percutit. pontificem obtorto collo in terram deiectum calcibus perterit in vinculaque coniicit. cardinales fugam parantes ex mulis et equis deiecit nullumque genus contumelie permittit. Non tulit tantam iniuriam populus ideo confestim liberatus in lateranum ducitur ubi de more coronatur. Persequente deinde illi henrico impatore in gallias profugit ubi ab abbate cluniacensi magnifice et splendide suscipitur intereundem ecclesias in tillano et in tornaco dedicat. tandem ad cluniacense monasterium perveniens. Ibi dum multa in ecclesie reformatorem tutelamque cum regibus et principibus moliret. pleuresi correptus pontificatus sui anno primo die quinto moritur. Sepelitur autem eius corpus intra limina cluniacensis cenobii.

Anno mundi. 6315.

Anno xpi. 1114.

Calixtus secundus guido antea vocatus natione burgundus. vienensis archiepiscopus originem a regibus francie anglie atque etiam alemanie profapia ducens et ut alij habent comitum burgundie frater a cardinalibus qui cluniaci tum aderant pontifex creatur. verum non prius pontificum habitum sibi desumpsit quam intellexit se ab hijs quoque cardinalibus confirmari qui rome et in ytaliam remaserant. Renuncijs cognita romam veniens populo obviam procedente urbem ingreditur congratulantibus omnibus. Rebus autem ex sententia rome compositis beneventum proficiscitur quo principes convenere qui iureiurando promiserunt se in potestate pape semper affuturos. Unde romam rediens legatos ad henricum impatorem mittit. Qui pace sine ulla contentione composita ad urbem redeuntes tabellam pacis ad lateranensem basilicam suspendere publica igitur leticia exorta est. Pontifexque interea beneventum delatus in expeditione sua multos sibi carissimos sehabus correptos amisit. Et ipse mala pariter usus valitudine lectica in urbem eger mestusque relatus est. at Calixtus pontifex valitudine vix dum reintegrata concilium laterani nonagenorum patrum congregavit. in quo cum pacem inter multas dissidentes composuit. tum maxime ecclesiasticum status reformavit. Et quod plurimum faciendum est dominicum michaeli venetorum ducem ut laborantibus apud hierosolimam christianorum rebus subveniret missis cum vexillo ecclesie nuncijs exoravit. Tandem de deo deque hominibus bene meritus pontificatus sui anno quinto. mense decimo. die sexto in domino moritur.

Linea summorum pontificum
Pascalus secundus



Helasius secundus



Calixtus secundus

